mis esau an non. Accessit ille ad patrem et palpato
eo dixit isaac. Vox quidē uox iacob est. sed manus
manus sunt esau. Et non cognouit eum. quia pilose
manus similitudinē maioris expresserant. Benedi
cens ergo illi ait. Tu es filius m̄s esau? Respondit.
ego sum. At ille. offer mihi inquit cibos de ue
natione tua filimi. ut benedicat tibi anima
mea. Quos cū ablatos comedisset. obtulit ei etiā
uinum. Quo hausto. dixit ad eū. Accede ad
me. et da mihi osculum filimi. Accessit. et oscu
latus est eum. Statimq; ut sensit uestimentorū
illius flagrantiā. benedicens ait. Ecce odor filii
mei sic odor agri. cui benedixit dn̄s. Det tibi
dn̄s de rore celi et de pinguedine terrae abun
dantiā. frumenti. et uini. et olei. et seruiant tibi
populi. et adorent te tribus. Esto dn̄s frm̄ tuorum.
et incuruentur ante te filii matris tuę. Qui
maledixerit tibi maledictus erit. Et qui bene
dixerit tibi. benedictionib; repleatur. Vix
isaac sermonē impleuerat. et egresso iacob fo
ras uenit esau. coctosq; de uenatione cibos in
tulit patri dicens. Surge pater mi. et comede

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0059